Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



32

uenerem simul ac ꝓgenie lacrimarum
eius hoc sene. Et dixi tibi ma-
sint: cessare faciam ex hominib'
memoriam eorum. Sed quia
inimici eorum dixerunt: nec forte superbiant
hostes eorum. Et dixerunt manus nostra
excelsa: et non dominus fecit hec omnia.
Gens absque consilio est et sine
prudentia: utinam saperent et intelli
gerent ac nouissima prouiderent. Quo
modo persequebatur unus mille:
et duo fugarent decem milia. No
ne ideo quia dominus suus uendidit e
os: et dominus conclusit illos. Non
enim est dominus sicut deus noster: et inimi
ci nostri sunt iudices. De uinea
sodomorum uinum eorum: et de suburbanis
gomorre. Vua eorum uua
fellis: et botrus amarissimus. Fel
draconum uinum eorum: et uenenum
aspidum insanabile. Nonne hec
condita sunt apud me: et signata
thesauris meis. Mea uindicta et ego
retribuam eis in tempore: ut labatur
pes eorum. Iuxta est dies perditionis:
et adesse festinant tempora. Iudica
bit dominus populum suum: et in seruis suis
miserebitur. Videbit quoniam infirmata sit
manus eius et clausi quoque deficerint:
residuique consumpti sunt.
Et dicent ubi sunt dii eorum: in quibus
habebant fiducia. Qui comedebant adipes: et bibe
bant uinum libamina. Surgat
et opitulentur uobis: et in necessitate uos
protegant. Videte quia ego sum solus
et non est alius deus preter me. Ego
occidam et ego uiuere faciam: percu
tam et ego sanabo: et non est qui de
manu mea possit eruere. Leua
bo ad celum manum meam et dicam:

uiuo ego in eternum. Si acuero ut
fulgur gladium meum: et arripuerit iudicium manus mea. Re
dam ultionem hostibus meis: et
his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas san
guine: et gladius meus deuorabit
carnes. De cruore occisorum et de
captiuitate nudati inimicorum
capitis. Laudate gentes populum
eius: quia sanguinem filiorum suorum
ulciscetur. Et uindictam retri
buet in hostes eorum: et propitius
erit terre populi sui. Gloria. An
In suis sanctis laudabit deus. A In cymba
lis bonis laudate dominum. P Laudate
dominum de celis: Re dicere dicit: lau. CAP.
Hec est enim uoluntas dei sanctificatio nostra. abstinere uos a
fornicatione. ut sciat unusquisque
uas suum possidere. Deo gratias. ymnus
Hymnus iam spargit polum cum dies
illabitur lucis resultet spiraculum diluc
dat omne lubricum. Hanc salma nor
tus decedat mentis reatus subiuat quod
tenebris horridum nox attulit culpe
radat. Ut mane illud uiuidum quod
psalmorum ceremonia lucem nobis efficiat
dum hoc canore concrepat. Deo pri. R
Replen sumus mane misericordia tua. Exulta
An Illuminare domine his qui in tenebris
sedent. ad dirigendos pedes nostros in uiam
pacis dominus israhel. P. Benedicis dominis dominum. Oro.
Oriatur domine nascentibus
in tenebris aurora iustitie tue cor
dibus nostris. ut pacto die tibi sup
plicetur gratias agentes mane
dignanter respicias uota psal
mantes. Dominum nostrum.

Dominicas diebus. Ad vs. Antiphona.